



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 64. Guisius Cardinalis Regis jussu a Sicariis occisus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.

A.C. 1588.

§. LXIV.

Guifius Cardinalis Regis jussu a sicariis occisus.

Thuan. l. 93.

Davil. l. 9.

Die vigesima quarta Decembris Franciæ Rex pariter Guifium Cardinalem sacrilega immanitate trucidari præcepit, imo & Lugdunensis Archiepiscopus idem fatum subiisset, nisi eisdem ejus tempus eo sine differretur, ut ex ipso conjurationis arcana explorarentur: verum hic Præsul respondere recusans causabatur, quod coram iudice profano absque jurisdictionis Ecclesiasticæ injuria respondere haud posset, aliunde vero utpote Gallorum Præmas præter summum Pontificem, sacramque Sedem nullos alios se superiores agnosceret: idem quoque Gaudio Cardinali, quem Rex ad illum ablegabat, respondit, intrepide affirmans, quod nihil adversus Guifium Ducem, nec contra Cardinalem ejus Franciæ deponere valeret: præterea semper dignitatem Francici Primatis obtinebat, vi cujus coram aliis, quam a summo Pontifice nominatis respondere prohiberetur: insuper Nicolaus Furnæus Bellovacensis Episcopus unus est sex Ecclesiasticis Franciæ Paribus, nec non Martinus Ruzeus Belli-Locensis qui eum ad interrogata responsum daret.

Sæcul. XVI.
A.C. 1588.

Regis nomine jubebant, nihil ab eo ob-
tinere poterant, quippe Lugdunensis
hic Archiepiscopus Bellovacensem ita
alloquebatur „aut tanquam Episcopus
„huc venisti, ut me interrogares, aut
„tanquam Comes, & Par Franciæ: si
„ut Episcopus, nullum Episcopo in
„Archiepiscopum Primatem jus es-
„se scis, si ut consiliarius Regius, sa-
„cras personas coram civili Magistra-
„tu non teneri respondere, non ignoras:
„itaque nullo casu ad id, quod petis,
„jure cogi possum: proinde Regi renun-
„tia, non æquum esse, ut is, qui mihi vi-
„tæ gratiam fecit, vim conscientiæ,
„quæ mihi vita charior est, afferri pa-
„tiatur.,” Henricus Rex hac Archi-
præfulis constantia exacerbatus ideo
eundem, eoquod reus esset, respon-
sum denegare arbitrabatur, hinc fru-
stra pro eo deprecante Barone Luzo
nunquam illum libertati reddi voluit,
sed ad arcem Ambrosianam unacum
Borbonio Cardinale, Ellebovio Duce, &
Jonvilla Principe captum abstrahi jussit.

§. LXV.

*Rex suum scelus coram Morosino Le-
gato vindicare conatus.*

Rex probe prospexit, quod summus *Vita Card.*
Pontifex ob iniquam Guisii Cardi- *Mor. l. 3.*
nalis cædem ad justam indignationem *c. 18.*

Rr 2

con-